Ad orationem inauguralem de insigni anatomes, in facultates superiores influxu ... audiendam ... Academiae Rectorem, proceres ... gravissimos ... invitat, simulque rationes quasdam, quare operationes chirurgicae, hic locorum, non ita frequentes sint, quam penes exteros quosdam, affert / [Samuel Theodor Quellmaltz].

Contributors

Quellmalz, Samuel Theodor, 1696-1758 Academiae Rectorem.

Publication/Creation

[Lipsiae] : [A.M. Schedius], [1726]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rst3pwpt

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

ORATIONEM INAVGVRALEM DE INSIGNI ANATOMES, IN FACVLTATES SVPE-RIORES INFLVXV,

PROFESSIONEM ANATOMIÆ

ET CHIRVRGIÆ EXTRAORDINARIAM, CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATAM, HOR. IX. D. XIIX. JAN. A. O. R. MBCCXXVI. AVSPICABITVR.

BENEVOLE AVDIENDAM, MAGNIFICVM ACADEMIÆ RECTOREM,


PROCERES VTRIVSQVE REIPVBLICÆ GRAVISSIMOS, ATOVE

GENEROSORVM NOBILISSIMORVMQVE COMMILITONVM. CORONAM, QVA DECET AC PAR EST OBSERVANTIA

INVITAT,

SIMVLQVE RATIONES QUASDAM, QVARE OPERATIONES CHIRVRGICÆ, HIC LOCORVM, NON ITA FREQVENTES SINT, QVAM PENES EXTEROS QVOSDAM, AFFERT

D. SAMVEL THEODORVS QVELLMALTZ. PROF. PVBL. EXTR.





Q. D. B. V.



N peregrinarum gentium transire habitum, nationum populorumque quorundam mos est. Alios autem inter, Germanis magna ex parte proprius quasi videtur ac perpetuus. Vix enim mutatio ejus quædam in Gallia inprimis aut aliis regionibus contigit, & cultu patrum pervul-

gato relicto, novo Gallorum aliorumque, fi præcipue commoditatis quandam præ se ferat speciem, multi eorum se induunt non sine procerum insigni querimonia. Nolim quidem omnem vitiis annumerare æmulationem, A 2 atque

*15

atque Horatio applaudere exclamanti: O! Imitatores fervum pecus! Haud enim parum insolentia subesse, alios imitatione minus judicare dignos, arbitror. Nolim vero & contra ca candem virtutum haud minimam semper venditare, atque qua aliorum ingenii fruges habentur vulgo, aut potius fœtus, non absque temeritatis nota mihi mox reddere communes. Sit ea vitium, fi quando vitium, fit ca virtus, si quando sit imitanda virtus. Mundi regio tam abjecta est nulla, quæ non exempla exteris proponat imitanda. Pari itaque ratione quod de Germanis afferui, cum non bonis statim debeatur moribus, neque malis eapropter crit inferendum. Enim vero in amplificandis perficiendisque artibus ac scientiis optimis sterilem nunquam Germanorum fuisse amulationem, fed tantos tulisse fructus, quantos pro certamine cum aliis quibusvis inflituendo pares judicare queas, extra dubitationis aleam est poficum. Quod ipfum corundem imirandi fludium, laude omni dignissimum, si qua in re, certe in arte medica confpicitur manifeste. Que cum, expulsa ex cadem omni barbarie, caput erigere cœperit, tantis tamque egregiis acceffionibus aucha hodie est atque exercita, ut fi non prærogativam quandam mereatur, (quam Gallis aliisque me hercule dubiam reddere potest) cum quibusvis tamen de cadem certare possit nationibus. Quanquam autem hac omnia cum veritate congruant quam maxime, mirari tamen subit, quare artem divinitus hominibus concessam, præclaram non minus quam utilistimam, quæ manuum ope, morbos arcere, fanitatemque labefactatam reddere allaborat, a contemtu suo vindicare atque majori cum contentione splendori suo reflituere hactenus dubitaverint.

Scilicet qua Gallis, Italis, ac Batavis exculta optime eft,

nt

鼝 (0) 鼝

ut optimis non folum superbiat magistris, verum etiam tot tantisque operationibus dextre administratis, saluti hominum quotidie prospiciat, Chirurgia, fuccumbere fere in hifce oris aut potius fomno quodam atque sopore sepulta videtur. Quod cum non poffit non aliqua ex parte dedecori ipfis cedere, operæ me pretium facturum confido, fi in causas hujus rei brevibus inquiram.

蕊 (0) 蕊

Chirurgiam equidem partem medicina conftituere vetuftiffiman, nemo, nisi in historia medica hospes, negare poterit. Præstantiam autem ipfius Medicorum quasi Cicero, Celsus, disertis admodum verbis, comparationem quandam illam inter, ac medicinam instituens, prædicat maximopere lib. VII. Prafat, ejus initio : Est ejus, inquit, effectus inter omnes medicine partes evidentissimus. Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademque salutaria, sepe vana sint : potest dubitari, secunda valetudo medicina an corporis beneficio contigerit. In bis quoque, in quibus medicamentis maxime utimur, quamvis profectus evidentior est, tamen sanitatem & per bac frustra quari, & sine bis reddi sape, manifestum est. Sicut in oculis quoque deprebendi potest, qui a medicis diu vexati, fine bis interdum fanescunt. At in ca parte, que manu curat evidens est, omnem profectum, ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trabere.

Quibus verbis certitudinent artis maximam probans dignitatem simul ejus stabilire, ac adversus ipsius contemtores firmare voluit. Nititur scilicet pars hac medicina, qua manu curat, in cunclis suis enchirisibus indubiis fundamentis anatomicis ac penitiori partium humanum corpus constituentium cognitione. Que vero cum oculis, maximam partem, cultri beneficio, exponi poffint, adeoque quoad inprimis fitum carundem, flructuram, ac connexio-A 2 nem, nem, sensuum ministerio addiscantur, non possunt non eidem peculiarem scenerari certitudinem.

Cum igitur & chirurgia huic ipli fuperfruenda fit, tanta laude, tantaque xflumatione digna eft, quanta disciplinx acicientix, firmo qux nituntur talo. Quibus ita conflitutis, antiquiores medicos eam omnibus modis excolere atque exercere haud puduit. Nec Germaniam quondam eandem neglexisse, sed longo satis tempore in finu suo fouisse, nemo, nissi tot tantorumque in hac arte excellentium virorum, quos ea aluit, nescius, inficias ire poterit. Simul atque vero artem minissi suis commiserunt exercendam, qux antea non spernenda sumserat incrementa, ad incitas fere retacta videtur.

Fieri alias haud raro folet, ut fi quis varietate artium exemtus, uni faltem intentus fit, candem ad fummum fape evchere poffit fastigium; verum fi hac lege lampada iisdem tradiderint medici, spes illos frustrata est quam maxime. Qua enim quasi dextrum ut medicina, ita & chirurgia constituit oculum, corporis structura perfecta notitia, ab anatome petenda, plurimi destituuntur, paucissimi, uti decet ac par est, gaudent.

Qui vero naturalem artuum ac partium interiorem conflicutionem ignorantes, carundem præternaturalem fratum in næturæ conformem reducere poterunt? Qui offa luxata aut prorfus fracta in fitum debitum reponere valebunt, offium compagis atque qua ratione alterum cum altero connectatur, imperiti? Qui cultrum in incifionibus vaforum aut partium carnofarum aliarumque, ut et operationibus aliis adornandis dextre dirigent, ductuum, tendinum, nervorum, cæterarumque partium expertes. In proclivquidem effet, varios chirurgorum errores, cosque non lei

题 (0) 謎

ves & raros, fed paffim obvios ex infufficienti peritia anatomica provenientes, recensere, satius tamen duco cosdem splendorem artis obfuscantes, occultare, quam corundem enarratione, artem inse optimam contentui exponere. Namque is ego non fum, qui laudibus chirurgorum dextrorum five hic five alibi locorum degentium, derogare quid velim, qui pro merito cuilibet honorem habeo, atque illorum fludium, quod in lustrando corpore humano impendunt quidam, zstimo ut decet. Interim ex hoc ipio fonte varia alia promanare damna, quis non perspicit. Hinc enim est, quod excidant animo, si quando urgente necessitate, fecandum, urendum, aut aliud quid agendum fit audacter. Hinc est, quod, nescio an jure an injuria suspicetur vulgus? multos lafionis faltem superficialis sanationem, (cum softra temporis diuturnitati commodare soleant agri) in longum, lucelli ergo, differre diem. Hinc porroesse puto, quod multi tenui scientia instructi, subsidia quzrentes vitæ necessaria, neglectu suorum, aliena magis tra-Atent, nobilioremque artis sux partem scurris, agyrtis, fabris ferrariis, deploratoque cuilibet artifici relinquentes, viliorem exercere malint. Qua etiam de re levioris zque ac melioris fortis homines, rufficos, nonnisi rufficis in his rebus propria ignorantia instructos, adeunt, arque sic acharonta quasi ipsa movere videntur, coque magis cum secundum Palingen. I. V. Zodiac. Vit. Miferæ fint leges, quæ talia crimina ferunt. Effe hinc aliter non poterat, quan ut usus, qui tamen solus artifices facit, peffum cat, atque hac ratione ars ipfa penes Exteros longe aliam præ fe ferat faciem, quam in noftris regionibus. At enim vero, quod ad Illos, corum urbes magnitudine fape infignes, ingens & incolarum advenarumque frequentia colit, cumque infimul

mul, anatome optime constituta, amplis ac rite ordinatis publicis nosodochiis gaudeant, tot ægrorum millia continentibus, occasio deficit nulla, a primo mox diluculo hujus insudare artis enchirisibus.

数 (0) 数

Ne quis ca propter culpam omnem in noftros chirurgos, aut in anatomicarum exercitationum defectum redundare, arbitretur, quæ tam frequentes obfervantur in plerisque academiarum theatris, ut frequentiores vix his temporibus defiderari poffint. Verum pars ejus haud exigua in ipfosægrotantes quoque, locorum conditionem, ac varias alias circumftantias cadit manifefte. Ipfa enim peregrinis terris non rara operationum chirurgicarum frequentia, cum ipfi conftitutioni incolarum naturali, quorum alii dyferafia humorum feorbutica, alii cachectica, alii alia difpofitione ad fluidorum corruptionem prona laborant fæpe, tum, quod inprimis Gallos fpectat, levitati cuidam medicorum, qui velut præter vomitoria cathartica, clyfteres, potiones fudoriferas &c. V. Sem in morbis tantum non omnibus inflituere; ita & vario modo chirurgorum manus exercere confueverunt, debetur.

Nullum proinde dubium, hos przcipue gloriz, ia tanta ipforum doctrinz caligine cupidos, ad amputationes flatim ac inftrumenta, forte & multoties absque przgnantibus rationibus, cum pofthabitis fzpe illis fervari poterat, membrum, properare. Quz autem Dei eft bonitas, a multis nos malorum, externa violentia inflictorum procellis vivere immunes magis, in aprico eft. Haud interim defunt, qui per varios cafus, per tot diferimina rerum, multa fibi contraxere vitia, non nifi debita circumfpectione chirurgi tollenda. Cum illis autem trifti admodum fpectaculo conflictantur fzpe tamdiu, retardantes manum chirurgi, donec viribus pene deperditis, parum vitz luperfit, fua morte

乙 (0) 乙

morte mori, quam fanitatis spe, per breve temporis fpatium dolere, fatius ducentes. Fieri namque non poteft, ut que partes hominis fingulari, volente fic omnium rerum Creatore, præditæ sunt scalatione, ferrum admittant aut ignem omnis perceptionis nesciæ; quapropter & tali plerosque abundare conspicis intolerantia, qua mortem ex morbo non tam fibi fingant atrocem, quam exiguos sape dolores vel ex exploratione vulneris decenti provenientes, morbique ipfius doloribus multum quandoque mitiores. Si tandem quidam rebus ita comparatis, naufragium fortasfis manus, bracchii, pedis, aut alius cujusdam partis cum virz, the fauri omnium pretiofifimi lucro, hominum miferrimi facere debeant, cum postea ad negotia fua confueta peragenda inepti evadant prorfus ; vixque inveniant fibi relicti , quibus vitam ad usque extremum spatium ducere queant, placidam quoque cum reliquis mortem misera praferunt vita.

Superest adhuc omnibus modis detestandum, plerisque nihilominus commune vitium, si quando vel strenue ac maxima cum circumspectione suo fungantur officio chirurgi, ob mali tamen pertinaciam atrociamve, aut aliis accedentibus symtomatis idem cedere recuset, aut faltem non ex voto ægrotantium superari queat, samæ illorum non solum insidias struunt ipsi pariter ac adstantes, verum etiam, qui turpi debentur invidiæ mores, chirurgorum alii. Neque hic terminus esto, sed

eo quoque audacia progrediuntur sape multi, ut vel dicam scribere artifici haud erubescant, neque eundem negligentia aut ignorantia fuspicione liberent prius, quam unanimi medicorum suffragio absolvantur innocentes. Adeoque cum fostrum inter tenellum non raro ; atque incommoda , ex postulatione , caufaque dictione oriunda, proportio intercedat propemodum nulla, famam, si vel perdant proemium, fervaturi chirurgi, diffuadere sapius operationes, cum difficultatibus quibusdam conjunctas, qua comitantur casdem & sequintur symtomata, hamorrhagia, puta, enormes, febres vulneraria, convultiones, aliaque hariolantes, coguntur. Cui rei medelam paraturus Paracelfus, ut in prognosi formanda, justo haud fint liberaliores artifices, uti quorundam consuetudo fert, monet rectiffime. Chirurg, magn. lib. I. c. I.

(0) 器

10

Plures sunt, fateor, rationes, que artem hanc emergere, ut decebat, haud pariuntur, sed anceps hareo, annon ulteriori carum recensione tædium creem Benevolo Lectori, cum, quibus mediis illæ pariter, ac que restare poterant, sint removendæ, aut sponte sua innotescat, aut in præsenti a me haud indicari debeat, qui ansam modo arripui de hac materie hæc qualia qualia disserendi, postquam Augustissimus ac Potentissimus Princeps & Dominus Dominus FRL

蕊 (0) 蕊 FRIDERICVS AVGVSTVS, Poloniarum Rex, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Volbyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, & Czernicoviæ Ec. Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Angriæ & Westphaliæ, Sacr. Rom. Imperii Archi - Mareschallus & Elector, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ, Superioris inferiorisque Lusatiæ, Burggravius Magdeburgi, Comes Principalis Hennebergicus, Comes Marcæ, Ravensbergi &' Barbyæ, Dynasta in Ravenstein Sc. Sc. Dominus meus longe Clementiffe-B 2

謎 (0) 謎 tiffimus Anatomia & Chirurgia Profeforis exmaordinarii munus mense Novembr superioris anni ex singulari gratia mihi demandavit. Quam jietate ac mente veneror devotisfima submissifimaque, ac non abs re fore opinor, fi, hanc ipfam sparam oratione solenni auspicaturus, Infignem Anasomes in superiores facultates Influxum, pro virili enodare suffineam. Ad quam benevolis auribus excipiendam Præsentiam perquam exoptissimam RECTORIS ACADEMIÆ MAGNIFICI, Procerum utriusque reipublica gravissimorum & reliquorum Patronorum & Fautorum, nec non Generosorum atque Nobilistimorum Commilitonum decenter admodum mihi expeto, hunc favorem atque affectum debita pietate observantia atque officiis pro virili, quavis occafione remuneraturus. D. Lipf. Ipfis Idibus Januar. Dom. I. post Epiphan. A. MDCCXXVI.

LIPSIÆ. Literis ANDREÆ MARTINI SCHEDII.

